



Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Epistola VIII. Ad D. Iohannam de Pedraca Granatæ. Instruit eam quomodo
se gerat in ariditatibus & derelictionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

ne idem etiam dico , nec non ut pro me
Deum exoretis. Ipse sit tecum in anima,
Amen. Segobrida 28.Iulij 1589.

Fr. Ioannes à Cruce.

EPISTOLA VII.

Ad Virginem quandam Matritensem, quae postmodum habitum Carmelita Discalceata induit, vixitque laudabiliter in monasterio arenarum.

Respondet tribus ab ea quæstis, nimirum circa peccata deflenda, meditandam Christi Domini passionem, & gloriam Paradisi.

IEsus sit semper in anima tua. Eo tempore tabellarius appulit, quo respondebant non poteram dum transiret, imo etiam nunc expectat. Donet cibi Deus, ô filia, semper tuam gratiam, vt tota in omnibus amori & obsequio illius intendas, prout teneris: si quidem in hunc solummodo finem ab illo creata & redempta es multa dicenda forent circa puncta, quæ à me inquiris; sed temporis, & epistole angustia id non permittit. Dicam tamen alia tria, quibus aliquantum proficere poteris. Imprimis circa peccata (quæ Deo ita exosa sunt, vt pro eis eum mori necesse fuerit) debes, vt condigne illa deflere, & vitare possis, hominum consortia, quantum fieri potest, declinare, atque illos fugere, & in quauis re agenda, non proferre plura verba, quam quæ sunt præcise necessaria: nam tametsi perfectus quis sit, cōuerfando tamen cum hominibus plus quam necessitas, & ratio requirit, Oberit illi, simul etiam legem Domini exacte, & eum amore te custodire oportet. Quod ad Christi Domini passionem attinet, studeas corpus tuum rigide, sed discrete tractare, nec non odium tui i-

psius, & mortificationem prudenter exercere, nec velis in te villa gustum, & voluntatem propriam sequi: hac siquidem illius mortis, & passionis causa fuit: quidquid feceris de consilio Dominæ matris efficio. Quoad 3. denique, gloriam videlicet coelestem, vt ritè eam mediteris, & ames; vniuersas mundi dignitias, & voluptates lutum reputes, vanitatem & fatigationem, sicuti reuera sunt. Nihil præterea magni facias, quantumvis magnum & pretiosum sit, præter Dei gratiam & amicitiam. quandoquidem pretiosiora quæque huius vita, si cum æternis illis bonis, pro quibus à Deo creati sumus, conferantur, turpia, & amara sunt: quorum deformitas, & amaricatio, licet breuis sit, & transitoria, permanet nihilominus æternaliter in anima, quæ illa aestimat, & magni facit. Non obliuiscor negotij tui, nunc autem expediri nequit; licerat satis multum mihi cordi sit. Serio rem Deo commendes, & Deiparam Virginem & D. Iosephum aduocatos tibi assume. Dominae Matri plurimam salutem dico, & una simul orate pro me, vt que etiam amicæ vestræ pro me excharitate orient, curate. Deus donet tibi suum spiritum. Segobrida.

Fr. Ioannes à Cruce.

EPISTOLA VIII.

Ad D. Iohannam de Pedraça Granata.

Instruit eam quomodo segerat in ariditatibus & derelictionibus.

IEsus sit in anima tua: cui gratias refero quod mihi hanc præstiterit gratiam vt non obliuiscar pauperum, nec sub umbra recumbam, vt tu dicis. Non parum

Mmm 3 me

me affligit cogitare, ne forte quod dicas,
id etiam credas, nimis enim ingratus es
sem, si post tot mihi praestita beneficia,
etiam cum illa minus proximerebar tui ob-
liniscerer. Considera qualiter id quod
residet in anima possit obliuioni tradi.
Putas ex eo quod in tenebris & spirituali
vacuitate constituta es, ab omnibus te
esse derelictam? Sed hoc mirum non est,
quandoquidem in eo etiam Deum tibi
deesse suspicaris. Sed reuera nihil deest,
nec quicquam conferre opus est, imo nec
habes, nec scies, nec intuenies, nam ista om-
nia nihil sunt nisi suspiciones absque fun-
damento. Qui aliud prater Deum non
vult, non ambulat in tenebris, quantum
uis tenebrosum, & pauperem se videat.
Et quisquis non inequitur existimatio-
nes & gustus priuatos, nec in Deo, nec
in Creaturis, neque in hoc, vel illo, sua
obtemperat voluntati, is non habet of-
fendiculum, nec quidquam conferre cum
alijs habet opus. Bene procedis filia, si-
nas te duci & latere. Quæ enim es tu ut
tui curam habeas? egregie sane te ipsam
tractares? Numquam in meliori statu fui-
sti constituta, quam nunc es. nunquam
enim adeo humiliata, & subiecta extixi-
sti, neque te ipsam, & res mundanas tam
parum estimasti: neque tam improbam
te, Deum vero ita bonum, ut nunc, co-
gnoscas: nec adeo pure, & absque pro-
priæ utilitatis respectu Deo seruebas ut
nunc: nec denique voluntatis & proprie-
tatis questionis defectus insequeris nunc, ut
solebas. Quid ergo vis? quem proceden-
di modum in hac vita tibi effingis? quid
putas est seruire Deo aliud, quam absti-
nere à malo, custodiendo mandata, &
pro viribus incumbere ipsius seruitio? si
hæc adfint, quid alijs opus est apprehen-
sionibus, aut luminibus, seu succis, siue
hinc, siue illinc procuratis; in quibus ple-

rumque non defunt offendicula, & pe-
ricula animæ, quæ apprehensionibus &
appetitibus suis se ipsam decipit, & hal-
lucinatur, atque a proprijs potentis
in errores inducitur. Vnde maximum
Dei donum est, cum illas obsecutæ, an-
mamque adeo pauperem, & desolatam
reddit, ut per illas errare non possit. Por-
to si in hoc non erratur, quid aliud requiri-
tur, quam incedere per viam planam
legis Dei, & Ecclesie, & solum viue in
fide obscura & vera, spes certa, & charita-
te integra: atque sic in patria praefolan
bona nostra, viuendo hic in infat aduen-
tum, peregrinorum, pauperum, exilium,
orphanorum, desolatorum, & initorum,
nihil habentium, & illic omnia expectan-
tiū: latet itaque, & in Deo fiduciam
habe: habes siquidem signa à Deo, id-
eum praestare & potes & debes, si minus,
non erit mirum, si cernens te adeo fulgi-
dam irascatur: cum ille per viam te ducat,
quæ tibi magis expedit, atque in statuam
securu te collocauerit. Nihil aliud velis
præter istum modum & viam, animaq[ue]
ad illam complana: sic enim bene tecum
agitur: Communionem, vt solebas, fre-
quentia; Confessionem vero, cum aliquid
manifeste malum occurrit; nec opus est,
vt multum de his rebus tractes, quando
aliquid peculiare senseris, mihi scribes,
scribas vero quamprimum, ac sapius, id
enim praestare poteris per DD. Annam,
cum per Moniales non licebit scribere.
Aliquantulum malè me habui, at nunc,
laus Deo, bene valeo. Attamen frater
Ioannes Euangelista agorat, ora Deum
pro ipso & pro me, filia mea in Domino.
Segobrida 12. Octobreis 1589.

Frater Ioannes à Crust.

EPL